licet nondum mihi praedicere patior, me in-
utiliter et frustra, in vitae sociam puellam
cupivisse, quam per Coppenum nostrum,
D. Praeceptori nominavi, quare, humiliter et
obnixe D. Praeceptorem, propter miseram et
occupatissimam meam conditionem, exoratum
cupio, ut per praesentium latorem, non grava-
tim, mihi significet, an non sit, ut perseveran-
ter in isto instituto pergam, sed potius mihi
opus futurum, ut alibi fortunam meam
experiar, quod quam difficile mihi futurum sit,
ex priori fortuna, nunc prospicere possum, e-
tiam providentiae Dei me atque omnes gressus me-
os commendatos semper relinquam, et ip-
eos diriget ad optatum scopum, etiam tunc,
cum id non existimavero, Vale, mi Carissime Domine
et fautor mihi sis hoc perturbatissimo seculo,
quod non obscure praesagit, magnas et infini-
tas calamitates nos manere, quas Deus clemen-
ter avertat, per et propter dilectum suum Filium Amen.
Dabam Oppenheimi 5. octobris Anno CIↃ IↃ XCIII Sa-
lutat D. Praeceptorem collega meus [illegible], et pe-
tit imprimis D. Woneuerg, ut sui in promo-
vendo habeatur ratio, quum videat se inutiliter
et cum suo damno diutius hic haerere, eo quod
auditorum negligentia et stipendii tenuitas
eum moveat.

Tuae Reverendae dignitatis
observantissimus
Himmelig.

245) Idem Clariss. D. Pareo S. P.

Cognovi nuper, ex literis Coppeni nostri, D. Prae-
ceptori, non usque adeo placere, consilium meum
de ducenda uxore, quod attinet illam, per se[...],
quam per ipsum Domino nominavi, quoniam
autem sine

autem sine Senatorum, imprimis autem Domini
Praeceptoris consilio, nihil incipere, multo minus de Ao 1593.
perficere, in hoc sancto negotio, semper mihi pro-
positum habeam, quaeso antequam rem istam aper-
tius aggrediar, me libere moneas, meliusque sugge-
ras consilium. Scripsit mihi autem Copperus, D. Schöne-
rum utiliorem mihi praestare posse operam
et etiam velle, quare D. Praeceptor cum illo
hac de re agere poterit, meliusque rem omnem
per tutorem harum perscribere. Ipse equidem
venissem ad vos, ut coram de re ista verbis tum
egissem, sed absentia D. Wonneccerì, ut et Pastoris
Texheimensis, quorum vices nunc sustineo, me
retraxit, et spero D. Praeceptorem causam meam
ita acturum et promoturum, ac si ipse praesens
essem, omnino enim mihi ducenda est, et quo
citius eo melius, nec patiar, ut in me quicquam
sit, quod denuo me retrahat, nihil tamen inci-
piam, nisi cum consilio Senatorum, et praeci-
pue tuo, ne videar rem istam sanctam leviter
velle aggredi; spero D. Deus hoc meum institu-
tum probarit, illumque providentia sua ad dire-
ctarum esse ad nominis sui gloriam, ecclesiae
aedificationem et meum commodum. Ignosces
petitioni, et me tibi habeas semper commen-
datum, meque liberes, quantum in te est, ex hisce
angustiis, quibus coelebs miserè, à quolibet premor,
Datum Offenhemi 10. octobris 1593.

T. dignitatis DD.
Enoch Himmel.

Clariss. D. Parco Haupig S. D.

Deus scit, vir eximie, abs tua humanitate, quae
petam. Unum ne ~~di~~ tem sceverum vel absentia
diuturnior, ex morbo orta, vel ingenii mei sum-
mum acumen, è vestro coetu excludat. Nam
quod natura est negatum, id pietas et zelus
et singularis quidam amor ministerii